

Amundo di Brienza

XXXIV 81

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Amundo di Brienza

XXXIV 81

1173-11

In nomine domini et salvatoris nostri Ihesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo septuagesimo tertio. Regnante domino nostro Guilielmo Dei gratia ... rege Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Anno sexto feliciter amen, mense novembris indictione sexta.

Ego Amundo filii quidem cuiusdam Eleazari residens castello Burgencie Salernitanis finibus, coram iudice Leopardo et testibus inferis adsignatis hanc subdenotatam declaro donationem videlicet ortum qui videtur esse ultra molendinum de Spelta iusta fluvium Pergulum, cui fines ita declarantur. Pridem ab orientis finis flumen passus sexaginta septem, a meridie finis limitem et terminos et ortum ecclesie Sancti Martini et arcaturam predicti molendini passus exinde viginti quinque, ab occidente finis terra ipsi datoris passus deinde quinquaginta unum et palmi duo, a septentrione finis limite et terra Feremie cum fraternitate sua passus exinde viginti duo, de inde redit infra priorem finem. Quam donacionem feci ego Amundo venerabili ecclesie Sancte Trinitatis Cavee constructe in loco qui dicitur Mitillianum pro salute anime patris et matris mee et pro salute anime mee et omnium parentum meorum tempore domni abbatis Benincasa et assignavi eam vice sua domno Urso priori ecclesie Sancti Iohannis Burgencie. Unde guadium ei dedi integram istam donacionem semper defendere et antestare contra omnes honores secundum legem positus fideiussoribus Ugone de Sisiny et Michael milite et Bono honore de aqua et a parte quoque uxoris mee omni tempore quod si non potuero aut noluero prefate ecclesie defendere sive pro quibuslibet modis vel ingeniis remove atque disrumpere quesiero testes per ipsam guadium et fideiussores positos mei

meosque obligo heredes predictae venerabili ecclesie Sancte Trinitatis Cavee componere decem aureos regales deinde ut supra describitur defendare et taceare a modo et omni futuro tempore inuit.

Hoc tandem donacionis privilegi tibi omnibus futuris temporibus sit firmum quod te Robbertum notarium taliter scriber exoravi et hos idoneos testes corroborari. Mense et indictione prelati. # sottoscrizione in greco del giudice Leopardo Signum manus Leopardi iudici # Signum manus Ugonis Ferrandi filii. # Signum manus Guillielmi domine Guide.